

### Quellenblatt 5

12. Ulpianus 26, 7: Ad liberos matris intestatae hereditas ex lege duodecim tabularum non pertinebat, quia feminae suos heredes non habent. Sed postea imperatorum Antonini et Commodi oratione in senatu recitata id actum est, ut legitimae hereditates ad filios pertineant.

Die Erbschaft der Mutter kommt nach dem XII-Tafel-Gesetz nicht auf die Kinder, weil Frauen keine Eigenerben haben. Aber später ist es durch einen Antrag der Kaiser Antoninus und Commodus im Senat bewirkt worden, daß die gesetzliche Erbschaft an die Kinder gelange.

13. C. 8, 54, 2: Impp. Diocletianus et Maximianus Aurelio Zenoni: Si praediorum proprietatem dono dedisti ita, ut post mortem eius qui accepit ad te rediret, donatio valet, cum etiam ad tempus certum vel incertum ea fieri potest, lege scilicet quae ei imposita est conservanda. pp. V id. Mart. Maximo II et Aquilino cons. (a. 286).

Diocletian u. Maximian an Zeno: Wenn du das Eigentum an deinem Vermögen in der Art verschenkt hast, daß es nach des Empfängers Tode an dich zurückkehren solle, so gilt die Schenkung, indem eine solche recht wohl auch auf eine bestimmte oder unbestimmte Zeit geschehen kann, wobei noch außerdem die auferlegte Bedingung beachtet werden muss. Geg. d. 11. März u. d. C. Maxim II. u. Aquil (286).

14. CTh. 1, 4, 3 (Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad senatum Romae, a. 426): Papiniani, Pauli, Gai, Ulpiani atque Modestini scripta universa firmamus ita, ut Gaium quae Paulum, Ulpianum et ceteros comitetur auctoritas lectionesque ex omni eius corpore recitentur. Eorum quoque scientiam, quorum tractus atque sententias praedicti omnes suis operibus miscuerunt, ratam esse censemus, ut Scaevolae, Sabini, Iuliani atque Marcelli omniumque, quos illi celebrarunt, si tamen eorum libri propter antiquitatis incertum codicum collatione firmentur. Ubi autem diversae sententiae proferuntur, potior numerus vincat auctorum, vel, si numerus aequalis sit, eius partis praecedat auctoritas, in qua excellentis ingenii vir Papinianus emineat, qui ut singulos vincit, ita cedit duobus. Notas etiam Pauli atque Ulpiani in Papiniani corpus factas, sicut dudum statutum est, praecipimus infirmari. Ubi autem eorum pares sententiae recitantur, quorum par censetur auctoritas, quos sequi debeat, eligat moderatio iudicantis. Pauli quoque sententias semper valere praecipimus.

Die Schriften des Papinian, Paulus, Gaius, Ulpian und des Modestinus bestätigen wir insgesamt, so daß ihre Autorität anerkannt wird und ihre Schriften zitiert werden können. Auch die Weisheit derer, die in den Schriften und Meinungen der vorhergenannten sich wiederfindet, wollen wir anerkennen, wie z. B. des Scaevola, des Sabinus, des Julian und des Marcellus und aller anderen, welche jene zitieren, wenn nur ihre Werke wegen der Unsicherheit des Alters in Sammlungen nachgewiesen werden können. Wo aber Meinungsverschiedenheiten auftreten, so siegt die größere Anzahl der Autoren, oder, wenn auf jeder Seite gleichviel sind, geht die Meinung derer vor, unter denen sich der berühmte Papinian befindet. Dieser geht jedem einzelnen vor, er steht aber zwei andern nach. Die Noten, welche Paulus und Ulpian zum Werk des Papinian geschrieben haben, sollen nicht mehr gelten, wie schon vorher angeordnet wurde. Wenn aber gleichviel Autoren verschiedene Meinungen vertreten, deren Autorität als gleich anerkannt ist, so soll der Richter sich entscheiden, welcher Meinung er folgen will. Die Sentenzen des Paulus sollen auf jeden Fall gültig sein.